



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Iustitia Et Iure, Continens Tractatus De Prudentia, Fortitudine, &
temperantia, de Ieiunio, & Iustitia generaliter sumpta, de Iustitia
commutativa, nempe de Pactis, & Contractibus in genere, de Promissione,
& Donatione liberali, de Commodato, & Deposito, de Mutuo, & Vjura, de
Emptione, & ...

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

III. De mutuo filiofamilias facto.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76677)

tum autem non posse, in argentea, vel aerea pecunia satisfacere, quia diversum in specie ab eo quod accepti redderes, quae fuit sententia Bart. in leg. 1. §. ult. de auro, & argenteo legato. Anton. Butrij, & Panormit. in cap. quanto de solutione. Baldi. in leg. si quis argentum Cod. de donationib. Boetij. decis. 327. in leg. si quis argentum Cod. de donationib. Boetij. decis. 327. Couarun. de veter. numismat. collat. cap. 3. §. vnic. Sed verius est te satisfacere posse soluendo estimationem, in quibus aliter non est conventum, quia nobilitatem materiae acceptae compentias quantitate & valore pecuniae solute, siquidem in pecunia, quod principaliter spectatur est valor eius extrinsecus, & estimatio. leg. 1. ff. de contrahenda empt. Ibi non tam ex substantia, quam ex quantitate, & leg. unica. Cod. de argenti pretio quod Theophrastus inferitur, inquit Imperator, in publicis collationibus licet pro 20 libris aereis unum auri solidum, & pro singulis argenti libris quinque aereos inferre. Sic pluribus relatis docuit Fachin. lib. 2. contron. cap. 50. Rebell. 2. p. lib. 8. quast. 1. sect. 1. in fine. Mol. tract. 2. disp. 299 §. iura.

Tandem in definitione mutui addimus, cum obligatione postmodum reddendi tantumdem eiusdem generis, ac bonitatis. Nam si obligatus statim reddere non esset mutuum, sed permutatio. Neque obstat nullum terminum praescriptum esse, ac prout praesenti die debetur iuxta leg. cum qui. §. quoties. ff. de verbor. obligat. Nam esto à puncto contractus, & mutui recepti debeat reddito, sed non tunc exsequenda, sed post tempus in quo commodè mutui mutuarius re mutua uti poterit, aliis mutuum mutuatario obesse non prodesse contra leg. §. cum. in commodato. ff. commodati. Quod autem hoc tempus sit arbitrio prudentis relinquatur, vt bene Menoch. ex. 32. Fachin. 2. contron. cap. 52. In regno autem Castellae, leg. 2. tit. 1. part. 5. Decem dies designantur quibus elapsi mutuum cui terminus praescriptus non est exigere à mutuatario potes, nisi forte eius naturae sit, vt commodus illius vsus intra illud breue tempus esse non poterit, vt bene Greg. Lop. d. leg. 1. ad finem & Mol. disp. 299. aduertunt.

Quando autem tempus redditionis mutui praescriptum est eo elapso tenetur, alioquin obligatus satisfacere mutuant quodlibet lucrum cessans, aut damnum emergens inde proveniens, vt pote qui per iniustitiam est illius causa. Sicut colligitur ex leg. nummis. iuncta Gloss. ff. de in litem iurando. leg. non vique. §. nunc de officio, & §. in hoc. ff. de eo quod certo loco. leg. regia ult. tit. 1. part. 5. & ibi Gregor. Lop. Rebell. 2. part. lib. 8. quast. 1. sect. 1. Molin. disputat. 299. circa finem. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 15. num. 2. Rebell. 2. p. lib. 8. q. 1. sect. 1. num. 1.

Ex his constat qualiter mutuum ab aliis contractibus differat? Nam à commodato & precatio differit, quia in his Dominium non transit in accipientem, ideoque idem numero ac acceptum est reddi debet. Secus est in mutuo quod conceditur vt statim fiat accipientis. A permutacione autem, & venditione distinguitur, quia in illis diuersum genus recipitur ab eo quod acceptum est abique vlla dilacione, secus in mutuo, vbi idem in specie & bonitate reddi debet non statim, sed transacto tempore.

PUNCTUM II.

Qualiter de mutuo constare debet, vt mutuatarius compellatur solueret?

- 1 De mutuo constare debet.
- 2 Ex confessione extraiudiciali interim dum est locus exceptioni non numerata pecunia non probatur mutuum, secus si locus non sit.
- 3 Ex eo quod vnus testis testetur numerationem, alter confessionem mutui non probatur plene mutuum.
- 4 Neque item probatur, si testes conueniant in mutuo, differant tamen in quantitate.
- 5 Neque probato corpore mutui actoris iuramento quantitas comprobatur.

FORUM conscientiae nullà probatione indiget. Sed quoties mutuatarius agnoscat se mutuum recepisse solvere obligatur. At in foro iudiciali necessatio mutuum probandum plene est, vt mutuatario obligatio solvendi indicetur. Controuertunt autem Doctores.

Primo an probatio confessionis extraiudicialis mutuatarij pecuniae receptae abique probatione numerationis sufficiat? Ratio dubitandi est, quia ad rationem mutui necessatio numerationis probatio requiritur. I. si ex cautione. Cod. de non numerat. pecunia. ibi compellatur petitor probare pecuniam sibi esse numeratam, quo non impleto absolutio sequitur. At probata confessione non probatur numeratio, cum numeratio à confessione distinguatur. l. 1. §. 2. Cod. de dote cauta non numerata. & leg. 1. §. mutuum. ff. si quis in fraudem patroni. Sed distinguendum est si mutuum probes intra tempus quod mutuatario competit exceptio non numeratae pecuniae, verisimum est insufficiens

probari mutuum ex sola mutuatarij confessione, cum ipse opponere possit spe futurae numerationis mutui receptionem confessum esse. Vt docuit plures referens Tiraquel. de retracti. conuention. §. 4. gloss. 6. post num. 10. & Doctores statim referendi. Si autem mutuum exigas elapso tempore exceptionis non numeratae pecuniae sufficienter mutuum probas probando instrumentum quarencigio, vel testibus confessionem mutui recepti, quia ea confessio numerationem continet. leg. in contratiuus. Cod. de non numer. pecunia. leg. pecunia. Cod. de solutionib. Cod. de non numer. pecunia. leg. pecunia. Cod. de solutionib. leg. Publia. §. ult. ff. de pposito. Sic Alexand. in leg. 1. §. si quis ita. ff. de verbor. obligatiõib. Bart. ad leg. certi conditio. §. si nummos. in 6. ff. si certum petatur. Bald. ad leg. generaliter in 9. q. Cod. de non numer. pecunia. Joseph. Mascard. de probat. volum. 2. concl. 1084. num. 4. Fachin. 2. contron. cap. 51. & alij apud ipsos.

Secundo. Num sufficienter mutuum probatum censetur, si vnus testis de numeratione, alter de confessione testetur? Panormit. in cap. cum dilectus. de successione. ab intestato affirmat. Et ratio esse potest, quia confessio numerationem continet, vt dictum est, ergo probata confessione per vnum testem perinde est ac si numerationem probasset. sed verius est oppositum, vt implet Panormit. docuit in cap. cum casum de probat. Decus ibi, & alij plures, quos refert, & sequitur Mascard. d. concl. 1084. num. 9. & 11. Anton. Gab. commun. opin. tit. de probat. concl. 1. Fachin. d. cap. 51. q. 2. Et colligitur. ex d. cap. cum dilectus ibi. Et licet vnus testis solus dixerit se vidisse, &c. quia tamen alij testes dixerunt se audiuisse ipsum in praesentia Abbatis consistentem non tanquam sufficienter probantes. Et ratio est quia probatio confessionis non est probatio mutui directae, & consequenter non potest cum probatione numerationis completam probationem conficere, quia testes vt plene probent conestates esse debent.

Tertio si testes conueniant in mutuo, at differant in quantitate, nam vnus testatur centum mutua esse, alter vero octuaginta, alter iexaginta, probaturne etiam mutuum quoad 60. saltem? videtur affirmatiue respondendum, siquidem omnes videntur testari 60. saltem esse accepta, cum sub numero 100. & sub numero 80. sexaginta contineantur. Communis tamen & vera sententia negatiuam partem docet, teste Alexand. in leg. 2. §. si stipulam. num. 6. & ibi Ialoue ff. de verbor. obligat. Nec non Alciato, num. 40. Riccio, num. 25. Fachineo, 2. controuers. cap. 5. §. 3. Ob has enim diuersas dispositiones diuersitas actuum praesumitur argum. leg. quinquaginta. ff. de probatiõib. vel saltem non esse plene de veritate informatos. leg. qui falsa vel varia. ff. ad leg. Cornel. de fals.

Quarto. An probato corpore mutui eius quantitas actoris iuramento comprobetur? Plures relati à Fachin. dicto cap. 51. q. 4. affirmant eo quod videtur mutuatarius dolo, & malitia procedere negando mutuum cum mutuum probatum sit. Sed rectius ipse Fachin. contrarium docuit cum Barth. in leg. aamendi. num. 43. ff. de iureiurando. Purpurato. ibi num. 265. Ioan. Bologneto. leg. in actionibus. ff. de in litem iurando. num. 86. Phanitio tract. eodem 1. part. num. 7. & 8. Seraphino Senensis de priuileg. iuram. priuileg. 36. quia testes non probantes quantitatem mutui, mutuum non plene, sed obscure probant, cum non detur mutuum abstractè sumptum; at perinde est rem obscure probare, ac non probare. leg. duo sunt Titij. ff. de testamentaria tutela. Si autem simul cum depositione testium confectura adisset de quantitate, quia scilicet probatum est mutuatarium hanc quantitatem petisse, existimat ipse Fachin. & rectè iuramento actoris tunc completi probationem.

PUNCTUM III.

De mutuo facto filiofamilias.

- 1 Filiusfamilias ex mutuo non obligatur exceptione appositionis.
- 2 Haec exceptio non valet renuntiare.
- 3 Si iuramento renuntiationem confirmet variant Doctores.
- 4 Resoluitur quid tenendum sit.
- 5 Non obstante exceptione Macedoniani obligari in foro conscientiae filiofamilias mutuum reddere plures Doctores firmant.
- 6 Verius oppositum videtur.
- 7 Fit satis fundamentis quoniam adductis.
- 8 In nostro regno certum est nullum mutuum, contractum de pecunia credita celebratum à filiofamilias validum esse.
- 9 Plures sunt casus, in quibus filiofamilias vri non possunt exceptione Macedoniani.
- 10 Primum si habeant bona castrensis aut quasi.
- 11 Item si debitum pronentur non ex pecunia, sed ex mercibus.
- 12 Tertio si sui iuris esse publicè appareat.



- 13 Si ex alia causa quam ex mutuo sint debitores.
- 14 Quinto si fideiussores alterius principalis debitoris existant.
- 15 Sexto si in ius, vel concessu patris mutuum acceperint.
- 16 Septimo, si pecunia mutuo accepta versa sit in parentum commodum.
- 17 Octavo si in studiis, aut alio in loco ex voluntate patris prepositi fuissent. Explicaturque lex regia de hac re.
- 18 Nono si prepositi fuissent alicui negotiationi.
- 19 Decimo si solutus fuerit pater pecuniam a filiis acceptam solvere.
- 20 Undecimo si milites sint, temporeque belli mutuum acceperint.
- 21 Duodecimo si post mortem parentis mutuum expresso, vel tacite approbati erint.
- 22 Quoties mutuum acceptum perseverat in specie, aut in virtute.

Tamet si filii familias puberes absque parentis consensu obligari non solum naturaliter, sed civiliter, ex quolibet contractu possunt, ut dictum reliquimus, cum de contractibus in genere sermonem fecimus. Hanc tamen obligationem in contractu mutui elidunt opposita exceptione sibi concessa ff. & Cod. Ad Senatusconsultum. Macedonianum. Quidam enim cuius Romanus Macedo nuncupatus filii familias pecunias numerabat solvendas post mortem parentum, quas filii accipientes prodigè expendebant; & vitæ parentum inditias parabant, ut in hereditate succedentes ab obligatione contracta se liberare possent. Quo inspecto Senatusconsultum decidit in securitatem parentum, & in odium feneratorum, ne prædicti filij tam in vita parentum, quam post eorum mortem, neque eorum parentes etiam si bona eorum possideant, neque eorum fideiussores nisi animo donandi intercesserint opposita dicta exceptione teneantur: quam exceptionem opponere possunt etiam post sententiam definitivam & condemnationem factam a iudice, leg. tametsi ff. Ad Macedon.

Neque huic exceptioni obstat, quod iam periculum insidiarum, ob quod fugiendum lex hæc statuta est cessare videatur, quia forte cessat, quia prædictum privilegium viget. Neque item cessat ex eo quod velint dicto privilegio renuntiare, quia ea renuntiatio nullius momenti est, vtpote quæ sit iuris alterius. Non enim in filiorum fauorem, sed in securitatem eorum parentum, & in feneratorum detractionem lata lex est. Ut colligitur ex leg. tametsi ff. ad Macedonian & notant ibi Gloss. & Bart. & communis teste Ant. Gomez. 2. var. c. 6. n. 1. Couar. de pact. 2. p. §. 3. n. 4. Petr. Moztius, de contract. tit. de mutuo. n. 19. Fachin. lib. 2. controu. cap. 6. 2. & alij.

Quod si hanc renuntiationem iuramento confirmant variant Doctores Nam Panormit. in cap. cum contingat. n. 22. de iureiurando. quem refert, & sequitur Menchaca de success. creat. §. 28. numer. 53. negat inde vllam obligationem oriri, quia iuramentum cedit in præiudicium parentum, & peccandi causam filius tribuit, non igitur est obligatorium. cap. non est obligatorium. de Regul. iuris. lib. 6. Bart. vero in leg. si quis pro eo n. 10. ff. de fideiussorib. concedit iuramentum seruandum esse, quia absque dispendio salutis seruari potest, posse tamen solutum repeti, quia vi iuramenti solutum est. At quia dictum iuramentum malicia, & odio feneratorum extortum est, existimat illius relaxationem peti posse. argum. cap. 1. & cap. debitoris. De usuris. & cap. significante de pignorib. Supradictas duas sententias oppositas conciliant Ioann. Faber. in §. quæ diximus. insit. quod cum eo qui in aliena potest. est. & Anton. Gom. 2. var. cap. 6. numer. 2. asserentes viuente patre filium familias non obligari ob periculum insidiandi parentis vitæ: mortuo autem patre obligari quasi ratione legis cessante. Alij tandem nimirum Ant. Butrius, Ioann. de Immola. in cap. cum contingat. numer. 67. de iureiurando. Alciat. ibi numer. 76. Corneus, in aubent. sacramenta a puerum. numer. 31. Cod. si aduersus vendit. Couartuu. in cap. quamuis pactum de pactis. lib. 6. in 2. p. §. 3. numer. 4. Gutier. de iurament. 1. p. cap. 43. Fachin. 2. controuersor. cap. 6. 2. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 1. §. 5. S. porro. cæsent iuramentum seruandum esse, neque ab eo relaxationem esse concedendam, nisi forte intentionem aliqua iniquitatem mutuantis exactum fuerit, aut fuerit præstitum ea in pronuncia, vbi insidias parentibus filij ob hanc occasionem parant. Nam his seclusis cum iuramentum firmer obligationem civilem, & naturalem obligationem, non potuerunt filii exceptione Macedoniana iuuari.

Ego vero existimo dicendum, ut filij obligentur iuramento ad soluendum mutuum acceptum debere iurare solutionem nullâ apposita exceptione Macedoniana. Nam si hanc exceptionem apponere eorum iuramentum non excludit, quamuis iurent soluturos pecuniam non tenentur solvere, si prædictam exceptionem apponant, quia iuramentum illud, intelligi debet sub conditione, si exceptione Macedoniana non viuatur. Et in hoc sensu vera est sententia Panormit. & Menchacæ afferentium filios familias iuramento soluendi mutuum non obligari. At si iuramentum non solè comprehendat solutionem mutui, sed exceptio-

nem Macedoniana, iurentque se soluturos mutuum, exceptio- que Macedoniana non vltros, tenebuntur solvere si nullam exceptionem apponant. An vero iuramento de non opponenda exceptione Macedoniana obligentur? Difficultate non caret, quia videtur de re minus honesta & Reipublice præiudicabili casus; contrarium legibus statutum est in vtilitatem parentum, & in feneratorum odium. Sed esto illud iuramentum obliget, vt communis sententia testatur, attamen verius credo cum Bart. quam sequitur Matien. leg. 2. 2. gloss. 8. numer. 6. Et seq. tit. 11. lib. 5. collect. L. c. lib. 2. cap. 20. dubitat. 2. numer. 9. iuramentum relaxare posse non solum quando ex parte creditoris iniurias intercedit, insidiarum periculum, vt voluerunt Amos. Butr. Immoia, Alciat. Couartuu. Gutier. & alij. Sed absolute, vt placuit Bart. non ob eius rationem, sed quia confirmat promissionem nullam, qualis est Macedonianum non excipere, quam promissionis nullitatem iuramentum non purgat, quia nullibi id cautum est, iuramentum autem non habet vim confirmandi contractus, & promissiones nullas, nisi eas tantum, quibus ius interueniente iuramento nullitatem purgat, vt copiose tractat. de iurament. vbi de iurament. confirmat. expiurimus. Verum si de facto filii familias timore iuramenti ducti solutionem præstitissent, & tunc nullatenus possunt, vt aduertit Bart. atque etiam conuincunt sententia Couartuu. de pact. 2. p. §. 3. numer. 4. Gutier. de iurament. 1. p. cap. 43. numer. 3. Nam si ioculo iuramento omnes conueniunt repetitionem soluti filii familias denegari, vt habetur expresse leg. qui exceptionem. ff. de conditionib. indeb. & leg. sed & si pater §. fin. ff. ad Macedonian. ibi. Et denam statum non repetunt qui ob pœnam creditorum liberantur actiõem, non quoniam exonerare eos lex voluit; à fortiori hæc repetitio deneganda est; cum inueniente iuramento soluit. Neque in contractum est e. 1. & c. debitoris de iurando, cap. significante de pignorib. quibus motus fuit Bart. ad concedendam repetitionem, quia in illis Textibus creditor iniquus fuit in contrahendo & deficiendo, secus vero in præsentia cum receptio mutui dati licita sit.

Verum esto filii familias ab obligatione soluendi mutuum acceptum deobligentur exceptione Macedoniana appolta, non leuius est inter Doctores controversia; an hæc deobligatio sit tantum in foro externo, an etiam in conscientia? Plures graueli quæ Doctores, Couartuu. cap. quamuis pactum de pact. 2. p. §. 3. numer. 4. Padilla leg. cum quis numer. 32. Cod. de iuris & iudi. ignor. Ascarius Clemens de patris potestate cap. 6. §. 1. §. 1. numer. 12. Menchaca de success. creat. 1. p. lib. 3. §. 28. numer. 55. Duchas reg. 369. in fine. Ioann. Mol. in differentiis inter foram conscientie & contentio. differ. 4. 5. Rebella. p. de obligat. iustit. lib. 1. quæst. 8. §. 3. numer. 30. paulo post prin. & lib. 8. quæst. 1. sect. 2. numer. 16. Fachin. 2. controu. cap. 63. circa suam allicum hæc deobligationem solum forum externum spectare, nam in foro conscientie obligationem soluendi mutuum habere Ducuntur quia filii familias mutuum accipientes obligationem non solum civilem, sed naturalem soluendi contrahunt. Vt decidit namque felle lex quia naturalis ff. ad Macedonian. An si posita exceptione Macedoniana filij ab obligatione soluendi tam in foro externo quam conscientie liberarentur, creditores mutuum recipientes retinere non possent, vtpote ipsi indebitum, ipsique filij ius repetendi haberent tanquam indebitè solutum, & dñum ex causa, causâ non subsistente. Cum ergo creditoribus periculum sit solum retinere, & filius repetitio denegatur, allendum est obligatione naturali soluendi non liberari, sed solum aduersus creditorem actionem exceptione Macedoniana muniti. Quod non leuiter indicant illa verba leg. & ff. 4. vbi. Et denum solutum non repetunt qui ob pœnam creditorum actiõem liberantur, non quoniam exonerare eos lex voluit. Ergo sentit lex illos obligatione soluendi oneratos esse. Ad hæc exceptionem indictam in his legibus odiosam esse, & perniciam naturali contractus obligationi præiudicantem. Ergo restituenda est quoad fieri possit, vt solium de obligatione restituenda intelligatur, non verò de obligatione naturali, & in foro conscientie.

Nihilominus est prædicta sententia probabilis sit verè enim existimo asserentem exceptione Macedoniana appolta tolli a filii familias omnem obligationem soluendi tam civilem quam naturalem, vt docuit Bart. in extrapag. ad reprimentum. ser. de nunciacionem. numer. 11. lafon. §. actiones. numer. 35. insit. de actionibus Innocent. cap. quia plerique. numer. 3. de iurand. Ecclesiar. & ibi Abbas. numer. 26. Alciat. cap. nouit. numer. 15. de iudiciis. Angel. in sum. verbo iuramentum. 6. numer. 4. Antea. Gom. leg. 3. Anri. num. 124. & 2. var. cap. 6. numer. 2. Greg. Lopez, leg. 4. verbo no es tenuto tit. 1. par. 5. Gutier. in autent. iuramentum a puerum. numer. 83. & de iuram. 1. p. cap. 43. numer. 6. Mexia pragmat. critici. conclus. 6. numer. 83. Matien. leg. 22. tit. 11. lib. 5. collect. gloss. 1. numer. 2. Azucdo ibi numer. 1. Lellina. lib. 2. de iustit. cap. 20. dubitat. 2. numer. 8. Molina tractat. 2. lib. 301. §. habet verbo Sanch. lib. 7. in decalog. cap. 31. numer. 2. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tractat. 4. cap. 1. numer. 4. & colligitur et dicta leg. regia. & leg. 22. Fundamentum est, si filii familias ab obligatione naturali soluendi exceptione Macedoniana appolta non

non eximerentur, non satis periculo parentum, & iniquitati sceleratorum lex Macedoniana providisset, siquidem filii vt ab ea obligatione liberarentur, & atri alieno quo in conscientia grauantur, satisfaciunt suis parentibus insidias parabant. Credendum ergo est non solum ab obligatione ciuili, sed naturali esse liberare. Aliis videtur lex iniquitatem fouere concedens exceptionem, ne mutuum quod non obstante exceptione in conscientia debitum est, soluat.

7 Neque rationes oppositae sententiae vigent. Fateor namque solum repeti non posse, non quia debitum erat, sed quia Respublica posita solutione rei soluitur dominium, & retentionem creditoribus concedit, ne lites multiplicentur, neque intelligeretur filius legem Macedonianam fauere voluisse: sicuti posita exceptione Macedoniani ante solutionem ab obligatione soluenti filii eximuntur in parentum fauorem. Neque contrarium decidit dicta lex sed est pariter §. 1. solum enim significat inuendit ab actione creditorum filios liberatos esse in personam creditorum, non ex intentione filios exonerandi ab obligatione soluentis, namque verè exonerentur. Ad vltimum dico est praedicta exceptio sit odiosa quia parte creditores respicit, ac qua parte parentes spectat & filios fauorabilis est, ac proinde late est interpretanda.

8 Porro in nostro regno tanquam indubitatum habendum est nullum mutuum acceptum, vel contractum pecunia crediti celebratum à filiisfamilias vel minoribus curatorum habentibus absque eorum consensu validum esse, vltimque obligationem inducere quantumvis iuramento vallatus sit, vt aduertit Marci pluribusque exornat lex 22. tit. 11. lib. 5. noua collect. gloss. 8. per totam.

9 Venim esto regulariter filiifamilias exceptio Macedoniani vt possint ne mutuo obligentur. Sunt tamen plures casus in quibus non est locus praedictae exceptioni. Hos autem casus referunt Ant. Gom. 2. var. cap. 6. num. 2. Gregor. Lop. leg. 4. §. 1. par. 5. Ioann. Gutier. authent. sacram. puer. Cod. si aduersus vendit. numer. 5. §. 1. §. 1. §. 1. Matien. leg. 22. tit. 11. lib. 5. gloss. 1. 3. §. 4. Mol. disp. 301. Lessius lib. 2. cap. 20. dub. 2. Rebell. 2. p. de obligat. iustit. lib. 8. quest. 1. §. 2. Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. cap. 15. num. 3. & alij.

10 Primum referunt filiosfamilias obligari ex mutuo tum ciuilitate, tum naturaliter, neque eis prodesse Macedonianam exceptionem, si bona habuerint castrensia, aut quasi castrensia, ex quibus mutuum soluere possint, vt constat ex leg. 1. §. 1. cum leg. §. 1. ad Macedonianam, quia ea in parte vice patrisfamilias funguntur. Et idem est si habeant bona aduentitia, in quibus non quaeritur patri vtilitas, quia tunc cessat ratio ob quam Macedonianum privilegium inductum est, videlicet ne filij cum non habeant bona vnde soluant patris vitæ insidiantur, vt ex eius hereditate satisfaciunt, cum iam bona habeant, ex quibus absque successione patris soluere debita possint. Sicuti tradidit Gutier. Matien. Mol. Rebell. loc. cit.

11 Secundò referunt obligari quolibet alio contractu mutui, seu pecuniae creditae non prouentis ex pecunia numerata, sed ex mercibus emptis permutatis, aut similibus, nisi forte fuerint venditae in fraudem huius legis, nimirum vt ex ipsis mercibus pecunia collecta mutaretur. leg. sed et Iulianus. §. mutui donationem. ff. ad Macedoniam, vel nisi contractus celebratus esset in nostro regno, quia leg. regia 22. tit. 11. lib. 5. noua collect. cauatur ne filiifamilias siue minores, siue maiores sub patris potestate existentes, neque vilius minor qui curatorum habeat absque eorum consensu contractum vllum pecuniam creditam celebrare valeat, sed omnino talis contractus etiam iuramento firmatus irritus, & nullus decernitur, grauetque poenae sic inducentibus ad contrahendum inducuntur.

12 Tertio cum sui iuris esse publicè apparet, quia aequum non erat creditoris ignoranti praedicare. habetur leg. 3. ff. ad Macedonianam, & leg. 4. tit. 1. par. 5. Ad idem est si alteram se esse patrisfamilias, quorum dicto credere praedenter potest leg. 1. Cod. ad Macedoniam.

13 Quarto cum ex alia causa, quam ex mutuo sunt debitores constituti, putam ex venditione, locatione &c. & debitum mutuum est, quia haec mutuatio prioris debiti subrogatio est, & filiosfamilias beneficium, ac proinde locus non est Macedonianae leg. §. 1. ff. ad Macedoniam. Excepit nisi prior venditio in fraudem huius legis facta esset, vt superius adnotauimus, vel nisi facta esset in nostro regno, vbi quolibet venditio pecuniae creditae filiosfamilias prohibetur.

14 Quintò si fideiussores alterius pecuniam accipientis, & se principaliter obligantis existant, nam illo non tollente ipsi cogi possunt, dummodò in fraudem Macedoniani non fideiusserint eo colore questio, pecunia ad ipsos filios peruenit, altero se tanquam principali debitor obligante, leg. item si filiusfamilias. leg. sed Iulianus. ff. ad Macedoniam.

15 Sextò si nulli vel consensu patris aut eo sciente, & non contradicente mutuum acceperint, aut postmodum approbauerint expressè, vel tacite nimirum partem debiti soluendi nequaquam Macedoniani exceptionem opponere possunt. Vt habetur leg. si tam. ff. ad Macedonianam. leg. 2. & in Cod. eodem.

Ferd. de Castro, de Iust. & Iur. Pars I. T.

Septimò si pecunia mutuo accepta versa fuit in parentum commodum, quia tunc non sibi, sed parentibus mutuum censetur acceptum. leg. item si. §. sed et Iulianus. ff. ad Macedoniam.

Octimò si in studiis, aut alio in loco ex voluntate patris praestitum fuissent, & ad sumptus quos alius pater cum ipsis facere debebat mutuum accepisset ex consensu patris, acceptum videtur. leg. sed Iulianus. §. proinde. & §. quinquaginta ff. ad Macedoniam. Huic Doctrinae obstat lex regia 4. tit. 7. lib. 1. noua collect. decernens mutuantem, vel vendentem credito studentibus, non posse deb tam exigere ab his qui praedictos scholares ad studium miserunt, cum ex ius voluntate mutuum contractum non est, nec venditio celebrata, bene tamen exigere posse ab ipsis scholabus, Quam legem Gregor. Lopez, leg. 6. verbo auctoritas in fac. tit. 1. par. 5. restringit vt intelligatur, cum scholares in superflua expendunt, sed non in attinentibus ad studium. Sed vt rectè notauit Marien. leg. 22. tit. 11. lib. 5. noua collect. gloss. 4. haec restrictio admittenda non est. Nam lex generaliter loquitur, comprehenditque non solum filiosfamilias, sed quoslibet qui sui iuris sint, ab his ergo quodlibet debitum ex mutuo, vel venditione ad creditum exigi potest, non tamen ab his qui eos ad studium miserunt. Excepit nisi debitum in eorum utilitatem versum fuerit, vel in eos sumptus consumptum, quos mitentes teneantur scholabus subministrare, quia in eo euentu actione negotiorum gestorum conueniri possunt, vt aduertit ex Ant. Gom. Matien. supra, & Gutier. Authent. sacramenta. num. 78. §. 1. §. 2. testatur in practica obtinuisse.

Nonò si praepositi fuissent, alicui negotiationi, & eius causa mutuum recepissent, quia videntur ex consensu patris recipere, nisi expressè prohibiti fuissent. d. leg. si Iulianus. §. in terdum.

Decimò si solutus fuisset pater pecuniam à filiis mutuo acceptam soluere, nam tunc est sufficiens praesumptio patrem mutuo consentire. argum. leg. Titianus ff. quod cum eo. c. c.

Undecimò si milites sint, temporeque belli mutuum acceperint, tenentur namque ipsi vel eorum parentes soluere nulla Macedonianam exceptione apposta, quia hoc statutum est, vt facile mutuum possint milites inuenire, sibi que succurrere. leg. vlt. Cod. ad Macedoniam. num. & leg. regia. 4. tit. 1. par. 5.

Duo decimò si filij post parentum mortem mutuum expressè, vel tacite approbauerint, vt censetur approbare si partem illius soluerint.

Tandem quoribus mutuum acceptum persequatur in specie apud filios, vel in virtute, quia ex illo ditiores facti sunt, non est dubium obligari, quia tunc non obligantur vt contractus, sed ex re accepta. Sicuti tanquam indubitatum asserit Layman. lib. 3. sum. sect. 5. tract. 4. capite 15. numer. 3. ceterum non dubio.

PUNCTUM IV.

De mutuo facto pupillo, vel minori.

- 1 Vt hi obligationem mutuantium habeant tenentur probare mutuum in eorum utilitatem mutuum versum esse.
- 2 Curatorem habens, & absque eius licentia mutuum accipiens obligatur quantum inde fuerit locupletior factus.
- 3 Minor alicuius curator carens obligatur, vt tamen potest beneficio restitutionis in integrum.
- 4 Qua dicta sunt de minore, dicenda sunt de Rege.

Pupillus vel minor curatorem habens, & ex eius facultate mutuum accipiens, vt inde mutuant obligetur, debet mutuum probare in ipsius pupilli, vel minoris utilitatem rem mutuatam versam esse. leg. si in rem. Cod. quando ex facto iuris. & leg. regia 3. tit. 1. par. 5. & tradunt Bart. in leg. ciuitas numer. 14. ff. si certum patatur. Ripa in leg. si is qui bona. num. 12. ff. de pignori. & alij communiter. Quod in mutuo est specialiter statutum ob facilitatem curatorum accipiendi mutuum, & feneratorum concedendi. Neque ad alios contractus haec obligatio probandi contractum in commodum minorum esse extendi debet. Vt colligitur ex leg. si praedictum. & leg. praedictum. Cod. de praedictis minor. & aduertit Matien. leg. 22. tit. 11. lib. 5. gloss. 1. num. 11.

Si vero habens tutorem, aut curatorem absque eius licentia, & facultate mutuum acceperit in tantum restituere compellitur inspecto iure communi, quantum inde locupletior factus fuerit, cum haec tamen differentia, quod si à feneratoro mutuum acceperit, feneratori incumbet, ea probatio. Si autem ab alio acceperit ipsi minori restituere petenti probandi onus incumbet ex mutuo factum fuisse, alias obligabitur soluere. Sicuti haec colliguntur ex leg. 1. §. 2. Cod. si a uersus creditor. Molina disp. 300. in fine. Rebell. 2. p. de oblig. iustit. lib. 8. quest. 1. sect. 3. num. 12.

Notanter dixi inspecto iure communi, nam inspecto iure